Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



/ Nicetas in Isaacio l. 2. Tageno in descriptione hujus expeditionis, cui ipse interfuit.

[Priusquam in Pannoniam veniret Cæsar, Viennæ Ottoni Episcopo Frisingensi varia in Austria jura adjudicavit. Diplomati a Meichelbeckio Hist. Frising. t. I, p. I allegato subscribuntur testes Otto Babenbergensis Episcopus, Theobaldus Patavienſis Episcopus, Heinricus Babenbergensis Præpositus, Bertoldus Dux Dalmatiæ, Churradus Comes de Pl[illegible]stein ---- Actum anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXVIII. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore semper Augusto, anno Regni ejus XXXVIII. Imperii vero XXXII. datum Viennæ XV. Kal. Junii Indictione VII feliciter Amen. Hungari quidem et Bohemi ad explorandas Græcorum [illegible] fraudes præmissi sunt, ut scribit idem Brunnerus;

21) Godefridus ad an. 1189: Otto de S. Blasio c. 32. Arnoldus Lubec. l. 4. / Brunner Annal. Boic. l. 13, ad an. 1189: Nono Kal. Aprilis copiæ Ratisbonam confluere cœpere exercitus; quod multi, moræ impatientia, qua cuique libitum fuit iter præcipitassent. --- Vngari et Bohemi velocibus equis ad cursuram assuetis potenter itinera et explorare Græcorum molitiones jussi. Proximum locum Sueviæ Meraniæque Ducem et Ratisbonensis Episcopi copiæ tenuere. Hos exin[illegible]nalo Herbipolensis, Leodiensis et Basileensis Episcopi sequebantur, Imperatore cum Pratonianis vltimum agmen claudente. [Sed ne hac quidem cura insidiæ omnes evitatæ --- Ad alteras Pylas (Sereæ Serviæ) deinceps arborum saxorumque obicibus sepias Prid. Non. Aug. acriter certatum est; impedimenta Batavensis Episcopi et Meranæ Ducis magnam partem direpta; quique ibi præsidio fuere, male multati sunt. Reliquis metu perculsis Dux præter Episcopum duodecim non amplius stipatoribus cinctus centum latronculos, quos Toparcha filii adduxerat, aggressus partim concidit, partim fugavit; multo cruore equum alligatos in castra pecorum more, et non in furcam egit. Paulo post re in idem adducta discrimen cædis fugæque, Meraniæ Princeps usque tum sæpe a maximis Ducibus exemplum repetit, rejectumque e signifero manibus vexillum in medios iacturumque hostes minatus, iam præcipites ad fugam sibi, aliquum metum generoso altero accipiendi dedecoris expunxit. Dextra cruentum ferrum, læva vexillum præferens, suosque increpans vt desertores, momento omnia restituit. ---- Felici eventu Bertholdus Meraniæ Dux rhæa rem gessit. Explicatis enim in suburbano aciem Græci velut copiam pugnæ facturi; sed Boici equitatus fulgore perstricti, patriæ rerumque omnium immemores in vicinos dilapsi montes vrbem suam nostris dirripiendam reliquerunt.

22) Ex ipsis Auctores supra citati. Equibus Brunner Annal. Boic. l. 13 ad an. 1190: Appetente vere Meranius Dux Philippopolim Cæsaris ingressu cum trecentis peditibus, de paucorum cæde ex insidiis facta admonitus nihil antiquius habuit latrocinii vltione; innectusque nihil hostium stationes et trecentis primo impetu oppressis ira sua fortibusque suis egregie parentavit, et Philippopoli dirutæ vniuersas copias Adrianopolim traduxit. Eo, pace tandem cum Isaacio (Imperatore Constantinopolitano) sancita, ad Callipolim hispagogis mille quingentis, rostratis nauibus viginti septem, X. VII. et V Kal. Aprilis Helle spontum in colles Thraciæ. --- Ad Philomelium Nonis Maij instos promes traiecere. --- Ad Philomelium Nonis Maij instos promes traiecere. --- Ad Philomelium Nonis Maij instos promes traiecere